Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Odae spirituales

https://hdl.handle.net/1874/341429

ora
lu.
3

Miscellanea Theologica

Quarto n°. 303.

Rariora

341. **Jacobus** M o n t a n u s, Odarum spiritualium liber. [Deventer, Rich. Paffroet c. 1495]. 4o min. F. 4o. 303

Typen 3, 4 (20 r. = 104 m.M.), 5, 6. — HMT 64 (112) d 1, e 2. — Rubr. $\alpha$. — B. p. 521. — CA 1269a (Supplem. II). — C II 4350.

In den catalogus van 1608.

F. qu. 303

Montanus.

(Daventriae, Rich. Paffroet, circ 1495)

8 ll. 4to ag. v. Campbell 1269a
(2d. supplem.)

# Odarum ſpiritualium li ber Clariſſimo viro Joanni Elio Illuſtriſſimi Epi Monaſterien̄ Cancellario per chriſti ſacer dotem Jacobum Montanum Spirenſem nū cupatus.

MIA RHENO TRA

# Proemium in Odas ſpirituales

Non ab re factū ē viroꝝ pſtantiſſime Joānes Eli. vt in diuina
rū cōtextu lrāꝝ deū imp̄mis. ac deīn ſcōs ipius iubeamur in hac
mortali vita laudare Nimiꝝ voluit ſummꝰ ille reꝝ opifex vt q̄
tinꝰ hō fragilis corpuſculi mole circūdatus mltis eſt erūnis ob
noxiꝰ. nō ſolū p̄ iure debiti famulatꝰ Uerūetiā ad ꝓpulſandū
cui huiꝰ erūnoſi faſtidiū. diſceret pietatis ꝯſuetudine agē i ter/
ris. qd̄ felicitatis ſucceſſu acturus ē in celis In celis inq̄ʒ vbi in
cōparabili voluptate atq̄ʒ ineffabili dulcedine diuinis vocabit
laudibꝰ. iuxta qd̄ Eſaias p̄dixit capite lx. cū de celeſti hieruſalē
loqueret Occupabit ſalus muros tuos. ⁊ portas tuas lauda/
tio Et itē īferiꝰ capite lxv. Ecce ſerui mei laudabūt p̄ exultatōe
cordis. ⁊ vos clama bitis p̄ dolore cordis ⁊ p̄ ꝯtritōe ſpūs vlu/
labitis Itēq̄ʒ paulo īferiꝰ Gaudebitis ⁊ exultabitis vſq̄ʒ in ſem
piternū in ijs q̄ ego creo Prelibatio ē ergo ac qd̄dā veluti ſtra/
tegema eterne laudis. cū deꝰ optimꝰ maximꝰ eiuſq̄ʒ ſci dū hoc in
exilio viuit laudant Qd̄ ⁊ ſi ſoluta orōne ꝯmode ornateq̄ʒ fieri
q̄ant. carmīe tn̄ mlto p̄ſtātius ac incitatius p̄t idq̄ʒ natura pari
ter ⁊ autoritate Natura. qua ꝯſuū p̄ſertim lyricoꝝ modulatio
ad illiciēdos inflāmandoſq̄ʒ affectus magis idonea ſentit Au
ctoritate q̄ veteꝝ nōnullos poetaꝝ legimꝰ peana nō tā dijs ⁊ dea
bꝰ quā balatronibꝰ ⁊ meretricibꝰ decantaſſe. vt hinc iā mihi ve/
hemēter redarguēdꝰ eē videar. ſi deū meū vl' in ſe vl' in ſcis ꝓ cō
ceſſa qualiſcūq̄ʒ ingenij grā nō laudauero. q̄ʒuis neq̄q̄ʒ ſpecioſa
laus ſit in ore pctōris: cū veteres illi poete tāta igenioꝝ ꝯtētōe
tātaq̄ʒ dicēdi flumine laudes ſpurciſſimoꝝ hoīm celebrarint vt
licet iter chriſtianos q̄ʒ plurimi ſint q̄ pietate illos trāſcēdāt tn̄
q̄ emulatōe laudatōis exuperari ꝯtendāt facturi religioſe. qd̄ ſu
p̄ſticioſe fecerūt illi ſunt admodū pauci. Hec igr̄ ſepe nūero me
cū metip̄o reputāti placuit aliq̄t odis ꝯponere. q̄bꝰ ⁊ dei laudes
vna cū feſtoꝝ myſterijs ꝯplecterer ⁊ eos q̄ obſcena tā ipie ꝯfici/
unt q̄ʒ impudēter edūt pietatis admonerē Qd̄ opus p̄ſtantie
tue Clariſſime ioānes Eli nūcupamꝰ tū ob fauorē quē ꝯtribu/
libus nr̄is exhibes. tū ob integritatis tue dignitatē. q̄ plures iā
ānos triū p̄ncipū archigrāmateū adeo feliciter egiſti perpetuum
vt ⁊ ꝓ moderatōe ceteris lumē p̄tuleris. ⁊ ꝓ gloria inuidiā ſupe
raris. tū ob petitōis tue dignationē. q̄ ſupioribus mēſibꝰ me cō
ueniſti vt aliquā tibi lucubrationū meaꝝ trāſmitterē viſendam

Nõ cũ te nõ ſimulate (q̇d cm̃ in te min⁹ cadit) ſed ex animi ſententia dixiſſe credã: volui ꝓ dilatõis emendatione etiã cũ fenore tuã beniuolentiã inuiſere: eiq́ʒ libꝝ odaꝝ ſpiritualiũ nõ tãtuʒ mittere: ſʒ etiã nũcupare Que tibi nũcupatio ita ſit grata exopto: vt tu ipe gratus es oibus Verũ cũ de benignitate tua nihil dubitem⁹. omiſſa v̇boꝝ ambage plurimoꝝ ad rẽ ipam venientes a chriſto inicium auſpicemur

## Ad poetice ſtudioſum adoleſcentem Joannis Ruremundenſis ¶ Elegia

Qui me licos quęris numeros: cui dulcia ſanctę
  Carmina ſunt cordi: mellifluęq́ʒ lyrę
Huc ades: abiectis tandem gentilibus odis
  Accipe virtutes grammaticenq́ʒ ſimul
Non decet exculte tumidum mulcedine linguę
  Te laudes ſummi non memorare dei
O nimium demens: qui verſus ſcribere diſcit
  Et numeros animi negligit vſq́ʒ ſui
Aſſidua in mores rerum meditatio tranſit
  Haud parui refert: qualia ſcripta legas
Non petulans Chione: non hic eſt lactea leuce
  Hinc procul eſt Acme: Leſbia blanda procul.
Candida phecaſij non hic ſicyonia geſtant
  Nec Cybele galli turpia ſacra parant
Non hic albane perfricta fronte Minerue
  Concelebrant molles orgia foeda viri
Sunt mileſiacę procul hoc a codice nugę
  Atq́ʒ epicurei mollia plectra chori

Lydia in his captum Sybarim non detinet odis
Nec religat flauam candida Pyrrha comam
Non hic irretit Thaliarchon amena voluptas
Nec poſito ludit pulchra timore Cloe
Nullaq; formoſam palinodia placat amicam
Nullus in hoc Glyricę carmine ſpirat amor
Tyndaris hinc procul eſt: procul hinc periura Baryne
Immitis lyde: difficiliſq; lyce
Non hic thyrſigeri celebrantur pocula bacchi
Nec furibunda thyas impia ſacra colit
Nulla ſicuticines iactant hic iubila Panes
Cum fauno capripes hinc ſatyriſcus abeſt
Archilochi mordax non hic deſęuit iambus
Nec caci vatis triſtia plectra dolent
Omnia digna pio ſuperis canit ore poeta
Noſter: ⁊ arguta ſidera voce petit
Commemorat diuum laudes: ſynceraq; ſacra
Que faciunt vero mitia corda deo
Non huic calliope: non huic patarçus Apollo
Pulſanti citharam fauit opemue tulit
Sed regis mater: qui cęlum ⁊ ſydera fecit
Virgineo auratum pollice mouit ebur
Dulcia ſic dauid triſtia pſalteria bello
Mutauit quondam: demeruitq; deum
Ante quidem multo: grecus quam floruit Alcman
Alcęus: Sappho: Steſichoruſue grauis
Pindaricus ceſſet pean: nugęq; canorę
Numinibus vanis nullus habendus honor
Hinc licet ⁊ variam venuſini carminis artem

Diſcere: et egregię laudis habere viam·
Vatis opus viuax omnes: durabit in annos
Et Cynnę Smyrnam: vincet: et iliada
Quamuis illa nouem limam tolerauerit annis
Craſſitio miris culta et amata modis
Quamuis hanc docti cenſoria virga probarit
Grammatici: tantum res pietasqꝫ valent.

Elegia finem habet

¶ De glorioſiſſimo chriſtiane reſurrectionis triumpho deqꝫ ſolemniſſima paſchalis gaudij feſtiuitate Ode Tricolos

Agno triumpho conſpicuum diem
Chriſtus ſacrauit: victor vt inclytus
Auctore mortis cōpedito Induit auriconiū decorem
¶ Direpta ſedes tartareę domus
Mentes piorum funditus erutę
Abſterſus imber lachrymarum.
Reddita lux miſeris benigne
¶ Ingente ſamſon robore pręditus
Gaze refractis fędefragę ſeris
Euadit in montis cacumen
Hoſtibus attonitis ſtupore
¶ Mundo triformi paret homo nouus
Vitę perennis ſpem omnibus ingerens
Quos mortis ęternę catena
Nexibus impedijt vetuſtis
¶ Haud matre quicqꝫ virgine lętius
Tellus habebat: quam iubare aureo
Primam reuiſit ſol renaſcens

Triſticię tenebris fugatis:
¶ O quę piarum gaudia mentium
Et que viciſſim prologuia accita:
Que mutui aſpectus venuſtas
Gracia quanta noui decoris
¶ Narrat triumphum filius huberem
Et proceſſā nigre ſceptra tyrannidis
Limbumqꝫ captiuis inanem
Et ducis arma rei ſubacta
¶ Replet ſupreme pectora virginis
Rerum profatu diuite grandium
Permittit oſculis iugari
Stigmata ſigna rati tropbei
¶ Exinde amicis dulciter omnibus
Lucem coruſci corporis exhibet
Ac nube meroris remota
Viſere ſolem animis dat alimum
Aſtans ſepulchri pro foribus ſacri
Poſt terga cernit magdalis hoc iubar
Dum credit hortulanum. et eius
Prona pedes cupit oſculari
Fit nunciatrix mirifa ad viros
Victores vncti. mortis ⁊ obrutę
Apoſtolę ſortita nomen
Iuge decus muliebri honori
¶ Hunc petrus ardens: hunc ſimul vndecim
Videre ſolē: q̄qꝫ fide arida Mirāda tarde admiſit acta
Tangere vulnus hians iubetur
Audent ſtupentes figere femine

Odarum ſpiritualiū

Deuota plantis oſcula candidis
Herentqꝫ humi donec cupitam
Accipiant benedictionem
¶ Diues magiſter fit comes hinc vie
Charaſqꝫ mentes grauiter erudit
Dum ſcripta vatum pandit alta
Diſtribuitqꝫ cybum ſalutis
¶ Aſſo cybatur piſce. fauo addito
Illuſtrat acri pectora ſpiritu:
Legis ſacrę nodos reſoluit:
Explicat ⁊ grauidos prophetas:
¶ Prędam profundi ſquammigeram lacus
Donat trahentes diuite gratia
Septemqꝫ conuiuis videndas
Exhibet oris opes ſereni:
¶ Emptas fideli tradit oues petro
Auſu ferendi probra crucis dato
Et ſingulari dote fultum
Seligit ex aliis ephebum
¶ Hec ſancta paſche gaudia nobilis
Hec fuſa mundo munera perdito
Pimentium fructus bonarum
Hę pietatis opes honuſtę
¶ Saluete donis tempora maximis
Ditata. ⁊ horis inclyta myſticis
Dum ſub decem quater diebus
Conficitis numerum ſacri orbis
Laus trinitati ſit pia maximę.
Quę cūcta nutu ꝓuidit ac rato Iā lucis ęternę decore

Celicolas amicit coruſcos

**De honorificentiſſima ac manifeſtiſſima chriſti Aſcenſione. Ode Tricolos**

Hriſti celſa monet gloria maximi
Qua celos petijt: multifidum melos
Toto pangere niſu  Et rem tollere laudibus
¶ Vaſtato ſtygij principis atrio
Preda victor ouans liquit vt inferos
Quadraginta diebus  Firmat magnificam fidem
¶ Tardos ingenio cordeqꝫ debiles
Vnda perpetui fontis inebriat
Velatum ſcripta recludit:  Et ſe viuere comprobat
¶ Reſtabat per opus grande nouum potens
Rebus mirificis debita clauſula
Atqꝫ vt par erat aptus
Cępto terminus ordini
Ergo auctus duplici victor iens ſtola
Heroumqꝫ nitens agmine libero
Aſcendit per inane
Vt celum propria petens
Nubes obſequitur. tractus ⁊ aeris
Multo prębet iter lumine pendulum
Scandentiqꝫ elementa
Cedunt cuncta locum deo
¶ Odę multifores angelicę tubę
Promuntur liquidum rite per ęthera:
Et per iubila grates
Funduntur meritę deo
Ingens ſpirituum turba fit obuiam

Odarum ſpiritualiū

Quis nam eſt iſte rubra veſte canentium
Tectus: quemqꝫ venuſtat
Textu purpura lutheo
Quis tanto gradiens robore: noſtraqꝫ
Tanto regna petens numine quem inclytus
Tanto miles honore
Stipat proſequitur preit
Qui veram populis iuſticiam loquor
Torcularqꝫ meis triſte laboribus
Pridem ſolus obiui
Dum reſpergerer vndiqꝫ
¶ Viris vnanimes rebus apoſtoli
Intendunt auide. ꝛ magnificum ducem
Viſu cordibus ore
Deducunt ſocialiter
¶ Toto quicquid habent pectore virium
Cum viſo pariter rite leuant hero
Sic diuortia donant
Quod viſus vetuit dari
¶ Hinc ſpes noſtra bono prouehitur gradu:
Caſtam precipuus nutrit amor facem:
Et conclaue deorum
Audens ingreditur fides:
¶ Demonſtrata via eſt a duce maximo
Qua turbę pudeat tranſitus exuli
Ad promiſſa perennis
Olim gaudia patrię.
¶ Mirum obſcura decus conſequitur caro
Tantis aucta bonis: fultaqꝫ dotibus

Dum celos ſuper omnes
Cunctis prouehitur choris
Summi dextra patris diuite fulgidum
Ornatu propius deſtinat huic thronum
Et vim iudicis amplam
Conceſſu, tribuit rato
¶ Sic natura meris noſtra bonis cluit:
Et ſic perpetuis fulget honoribus
Ne quis mole ſupinę    Se vite pręmat improba
¶ En dignis placidi iam patris aſſidet
Orator ſolio: quem miſeret malo
Gentis pondere preſſę:
Cauſam quicꝫ agit omnium
Nil tanto poterit non dare filio
Maieſtate cluens largiflua pater
Cuius viſcera tota
Nobis iugiter affluunt
In laudes igitur te propere excita
O plebs lota boni ſanguine principis:
Quam tanti facit vſqꝫ
Clementiſſima trinitas
Non eſt auricomę ſub face lampadis
Gens te nobilior ſanctior altior
Cui tanto deus adſit
Omnis munere gratię
Ergo laude tuos inſtrue filios
Diuinicꝫ operis vim grauidam doce
Ne promiſſa animorum
Ingratos fugiat ſalus.

Odarum ſpiritualiū

Fac nulla hora vacet. nulla vacet dies
Celſi laude patris: lingua manus gula:
Et pręcordia mentis
Huic ſint dedita muneri
Quo poſt exilium lugubre temporis
Fuſis digna queas pręmia laudibus/
Ultra fenus herile
Mancisci ſine termino

De Munificentiſſima effuſiſſima ſpūs ſci miſſione. deq; feſtiuiſſima Pentecoſte:

Ode ſapphica

Diues immenſi bonitas parentis
Spiritum e cęli pluit arce ſanctum:
Et ratam monſtrat bene charitatem
Munere tanto
Miſerat chari decus antę nati
Qui pia ſeruos nece liberaret:
Et daret voto ſua profluente
Viſcera nobis
Panderat miris opulenta rebus
Dona per vaſtum pater ipſe mundum
Vim ſui totam faciens amoris
Viſere cunctos
Dia reſtabat placidi veniret
Flaminis virtus ⁊ opes honuſtę
Dura ieiune quibus interiret
Mentis egeſtas
Ergo conſeſſus rutulum paterni
Fili o digne ſolium tenente

Spiritus fructu grauis ex perenni
Labitur arce
Diſſilit nubes reſono fragore
Pręgraui cęlum ſtrepitu remugit
Et repentino trepidat pauore
Gens recutita
Parua tum plebis ſchola chriſtianę
Edibus ſacrum celebrabat vnis
Et pręcum celſo numeroſa patri
Dona litabat
Spiritus illuc vehementis ardor
Tendit: ⁊ toto trepidante iuda
Flammeis lectę replet ora plebis
Cordaqꝫ linguis
Clauſa panduntur loca legis altę
Et recluduntur ſacra verba vatum
Fitqꝫ momento petrus acer vno
Rhetor ⁊ hęros
Optimus doctor rudium virorum
Non eget quouis ſpacio morarum.
Cui cor occulto tetigiſſe lapſu
Eſt docuiſſe
Degener peſſum metus it labaſcit
Męror. abſcedit procul omnis error
Viſqꝫ laxatur taciturna iuſſum
Vocis in vſum
Spes viget. magno flagrat igne dia
Charitas floret fidei ampla forma
Atqꝫ virtutum chorus omnis aucto

Odarū ſpiritualiū

Gaudet honore
Ignee vocis tuba vaſta multam
Exciet plebem: vetericꝫ ritu
Permouet miſſo patulum ſalutis
Limen adire
O quid augmenti calor hauſit intus
Dum frequentatur cybus ille ſummus
Myſtici panis. roſeocꝫ plenus
Sanguine potus
O quid effecit ſacer ille flatus:
Cuius ad nutum cor iners adaucta
Mercedi tatur. ſterili ſcꝫ tanto
Lingua vigore
Ille dum moles fabricatur orbis
Se tulit ſupra chaos impeditum
Vt ſua poſſet redimire quodcꝫ
Sede creatum
Ille pregnantum philyras librorum
Copia abſtruſi locuplete ſenſus
Sancit: ꝛ miro replet ora fructu
Cordacꝫ vatum
Ille dimiſſo ſcelerum reatu
Cernui fędos animi receſſus
Gratia purgat celeri: donumcꝫ
Tum ſibi reddit
Ille vitali ſacrat vſcꝫ rorę
Dona luſtralis veneranda lymphę:
Quę velut rubri maris vnda cunctos
Enecat hoſtes

Ille conceptus tribuit verendos
Virgini matri: vt nec onus pudori
Ferre iacturam neqꝫ clauſtra poſſet
Lędere partus
Ille delecti ſynodum popelli
Viuidam reddit. regitatqꝫ fetat
Ac velut vitem. ſobolis frequenti
Palmite ditat
Ille victores necis irrogatę
Martyres fecit: ſophiamqꝫ doctis
Robur inuictę fidei magiſtris
Indidit ille
Ille femellas ſuperare ſexum
Et voluptatum vada preterire
Flammeo illapſu docuit. fidemqꝫ
Morte ſacrare
Ille virtutum ſator optimarum
Muneris lux inclyta ſeptiformis
Fons aquę viuę. paracletus ęgris
Et pater orbis
Ille fax almę rara charitatis
Qua calent fortes animi cauentqꝫ
Que caro mundus: ſtygiuſqꝫ dęmon
Spicula torquent
Ille ſignorum locuples parator
Et dei perpes digitus ſupremi.
Quo venenati male ſuada techna
Pellitur anguis
Hic ſacer nexus patris atqꝫ nati

Jre proceſſu parui ex vtroq̨
Creditur. comparq̨ tenere regnum
Et deus equum
Hunc dari nobis ſitiente voto
Spiritum illapſu petimus benigno
Qui ſuo infirmam ſolidet iuuetq̨
Robore mentem
Quo per hanc vitam miſeram breuemq̨
Sorte tranſgreſſi placida beatos
Maximi patris valeamus vſq̨
Viſere vultus

De aduentu glorioſiſſimo ac reuerendiſſima incarnatione Clementiſſimi magnificētiſſimiq̨ ieſu chriſti Ode Dicolos

Otis exul homo viribus exili
Et caſtis animos imbue gaudijs:
Affert clarus opes nuncius arduas
Et celi penetralibus
Nil hoc orbis habet munere letius
Nil audit melius. nil videt auctius
Quo poſt liminij iure velut rato
Intercepta redit ſalus
Noſtris ecce deus finibus aduenit
Puro ſacrifici tegmine corporis
Velatus nec herum ſed facilem patrem
Se preſtare animis parat
Quem nec terra capit. nec mare nec polus
Semet virgineis ille receſſibus

Claudens caſta nouem limina menſibus
Seruat more boni hoſpitis
Incrementa glabri viuida corporis
Sumit pręcipuo ſanguine paſcitur
Et formoſa diu ſuſtinet affici
Cęcis ora vaporibus
Immenſus ſpacio contrahitur breui
Tempus quicq̃ creat tempore clauditur
Cerni quicq̃ nequit. conſpicuo male
Carnis lumine viſitur
Rex tantus voluit ponere purpuram
Ac ſeruile iugum ſceptriger aggredi
Quin congeſta reis verbera ſeruulis
Tergo ſupplice perpeti
Vnam vt quęrat ouem paſtor amabilis
Nonagintanouem per iuga montium
Linquit nec refugit grato oneri deus
Armos ſubdere regios
Qui collapſa graui mœnia turbinę
Vrbis perpetuę reſtituat venit
Ceſſurus refuge ciuica ſeruulo
Firmis munera legibus
O noſtri grauis maxima dignitas
Qua toti ſuperum iungimur ordini
E ſeruiſq̃ malis reddimur inclyti.
Sumpto pignore filij
Quem vatum lachrymę: munera flaminum
Magnatũq̃ chorus peruigil oĩm
Optauere venit. fine probabili

Odarū ſpiritualiū
Clauſurus veterem viam
En iam rore madent largifluo poli
Juſti inſigne decus nubis opes cient
Et ſotera ferax terra piiſſimum
Miro germinat ordine
Qui legis grauide iudaico agmini
Pancheo tulerat vertice regulam
Et ſpumoſa maris terga diremerat
Ad nos munificus venit
Qui famem ſapidis pellere frugibus
Et defecta queat pignora memphcos
Ui caſte cereris tollere peruigil
Gnaro pectore dux venit
Qui clauſis foribus quas oriens videt
Intrat templi adytum ſeſſile myſtici
Quod ſummo licuit non niſi principi
En plebi venit exuli
Salue digna parens laudibus omnium
Quos vel terra gerit vel retinet polus:
Quam tanto locuples hoſpite gratia
Perfundit ſacrat euehit
Ex te vera ſalus debilibus venit
Proſcriptis reditus vitaq; mortuis
Et clauſis refuge carcere ſpiritus
Libertas datur aurea
Per te fons iterum gratię inobrutę
Primęue ſobolis quem ſcelus improbum
Siccarat nimium flamine noxio
Larga defluit imbrice

In te ius initum fęderis eſt rati
Quo nil mundus inops audiijt altius
Et ſceptro renitet pax męra priſtinum
Regni nacta decus ſui
Sub te peſtiferum deprimitur caput
Anguis tęnarij: collaqꝫ candidis
Arctantur pedibus: ne furor intimus
Eniti quod auet queat
De te digna dei nomine ciuitas
Certant ſcripta patrum pangere plurima
Nec preclara tamen virgineę ſatis
Vitę munera predicant
Ad te chriſtigenum tenditur omnium
Feruor vita ſalus ſpes: amor ⁊ fides:
Qui miro ſtudio' quicquid habent boni
Acceptum referunt tibi
O venter ſpacijs latior omnibus:
Qui quem nulla capit portio plaſmatis
Admittis refoues: ⁊ paris integris
Mundę carnis honoribus
Hic natura ſuis exul ab artibus
Tam precelſa dei munia non capit
Hic trux tartarei conſilium ducis
Aſtu fallitur vltimo
Hinc dluces rutilę vis fidei emicat
Cui phas mira alacri facta dei ſimu'
Complecti: ⁊ validis niſibus ingredi
Diuum conciliabula
Hinc celeſtis amor mirificam facem

Augmentumqꝫ ſacro fomite contrahit
Hinc ſpes fracta prius viribus inditis
Seſe ad ſydera ſubrigit
Hinc virtutum oritur fons ſacer omnium
Et vitę ſpecimen fertilis aureum
Sanctorum eximios chriſtigenum choros
Pręclaris decorat modis.
Lux ergo ſolymis edita gentibus
Summus rerum opifex in lare paupere
Atqꝫ intra modicę męnia bethleem
Orbi quadrifido micat
Qui telluris opes ętheris ⁊ maris
Pugno claudit herus. faſciolis cubat
Vinctus: cui bouis eſt menſa toreumatum
Fęnum plumeolus thorus
Panni ſunt trabeę purpura murices.
Stramen diuitię. putor aromata
Aula ędes ſtabuli. virgo quoqꝫ et pater
Regis turba domeſtica
Sceptrum eſt forma hominis verticis ⁊ decus
Vagitus cythare: gaudia lachrymę:
Lac victus: teneri corporis vnguina
Lymphę balnea virginis
Nox ęſtas ⁊ hyems cui bene ſeruiunt
Is noctu atqꝫ hyemis tempore naſcitur
Vt mundi reprobet gaudia perditi
Et vitam tetricam probet
Non ſe tanta ſalus principibus viris
Quos mollis placito pluma fouet ſitu

Sed paſtorum aperit turbe inopi terit
Quos ſors dura laboribus
Pangunt angelici carmina ſpiritus
Laus precelſa deo pax homini datur
Diuum luce noua nox fugit ęmula
Solans vox abigit metum
Toti orbi ingeritur leticię vigor
Et męroris onus pellitur intimi
Cum ſoter canitur maximus omnium
Sorti ingratę hominum datus
Ad cunas precio diuite pregraues
Paſtores properant eximia fide
Atqꝫ illum aſpiciunt. cernere quem ſalus
Et vita eſt placidiſſima:
Tantę fama rei per ſolymas tribus
Paſtorumqꝫ caſas fit celeberrima
Cunctorum immodicus corda mouet ſtupor:
Laus ſummo canitur patri.
Condit virgineo ſingula pectore
Auctor mirifici germinis inclyta
Geſta ⁊ dicta: quibus magnificum exuli
Theſaurum paret ordini
Hoc theſauro opus eſt aſtra volentibus
Victorum ingenuo more ſupergredi
Celſam replet vbi maxima viuido
Urbem lumine trinitas

De incomparabili humillimaqꝫ dignatione dominice circūciſionis ac impoſitione conciniſſimi optimi digniſſimi nominis ieſu

Odarū ſpiritualiū

Vlget octaui mgra lux diei
Quo puer diuus roſeum cruorem
Carne pręciſa meriti pudoris
Fudit abunde.
Gaudeat totus ſine fine mundus
Cuius ęternam deus ob ſalutem
Tectus humana ſpecie madere
Sanguine amauit
Qui caret neuo ſubit expiamen:
Et ratus ſentit vigor archiatri
Vulneris curam: licet omnis expers
Vulneris eſſet
Lęſa vagitum caro promit acrem
Nec genę poſſunt lachrymas tenere
Dum quatit crebro gemitus verendum
Verbere pectus
Sanguis humane precium ſalutis
Quo nihil totum melius per orbem
Hac die primum datur affluenti
Munere nobis
Abluit tantus rea corda fletus
Labe depulſa gemine mephitis
Et cruor vaſti diuturna mundi
Vincula ſoluit
Nomen e celis oriens ieſus
Maxima paruo ratione regi
Inditur: ſoter quia erat redempta
Plebe futurus
Hoc inaudita eſt ope nomen vſq;

Luce miranda celebriq; fama
Cuius immenſum decus haud ſat vlla
Carmina dicent
Nomen hoc vitę nece reddit atros:
Promouet claudos: oculis tenebras
Demit ⁊ tabo viciata lepre
Corpora ſanat
Nomen hoc clauſis iter expeditum
Auribus confert: mala vincla linguę
Soluit. ⁊ crudę metuenda febris
Caumata pellit
Nomen hoc curuos regit. arefactis
Artubus promptum tribuit vigorem
Et lacertoſo ſpoliata motu
Membra reformat
Nomen hydropis fugat hoc tumorem
Spiritus arcet refugas: ⁊ omne
Vi ſua morbi genus a miſella
Carne repellit
Nomen hoc vires animo refundit.
Cum grauis mentem citat hora pugnę
Et cauernoſus truculenta pluto
Spicula torquet
Nomen hoc confert veniam ſceleſtis;
Gaudium iuſtis: patriam fugatis
Naufragis portum: pugiliq; amico
Robur apertum
Hoc nouis nomen replet ora linguis:
Dipſadum viuax ſuperat venenum.

Odarū ſpiritualiū
Et famem dicto citius retundit
Vimqȝ ferarum
Nomen hoc imbres ciet arua fętat
Nobili vites grauidat liquore
Temperat cęlum. ⁊ reprimit tremendas
Equoris iras
Jn loco nomen mouet arduarum
Rupium moles: mare pręſtat iri:
Amnium curſus ~~curſus~~ cohibet. vagęqȝ
Jmperat aurę
Nomen hoc hauſtum bene prouenire
Efficit virus: rapidis furorem
Jgnibus tollit: ſubitiſqȝ vertit
Marmora gemmis
Hoc preces nomen leuat: auget altas
Gratię dotes: rata pacis affert
Dona. mel pfert animo: ⁊ rotundo
Dat facem amori
Nomen hoc vires olei ſalubres
Continet: mundum quibus vniuerſum
Jllitu ſanet placido: ⁊ dolorem
Mitiget omnem
Nomen hoc caſtum melos indit auri
Guſtui nectar: viduis aroma
Naribus: puroqȝ canora adauget
Jubila cordi.
Nomen hoc paulus ſyrięqȝ preſul
Vrbis ignitus. quam auidis tulere
Cordibus: teſtis remanet beatę

Gloria mortis

Nomen hoc omnem ſibi promeretur
Poplitem flecti: caput om̄e iuſto
More ſummitti: manuumq; adiri
Supplice geſtu
Nomen hoc ſolum dare ſempiternam
Præualet vitam ⁊ rata ciuitatis
Jura ſupremę: vt cecinisse fertur
Clauiger heros
Laus ſit eternę mera trinitati
Que ſuam tanti facit vſq; plebem
Nomine vt dio fuget omne leuum
Det bona cuncta

## In lucidiſſime Ephiphanie exoptatiſſimū diem: atq; in eminentiſſimam venerabilium magorum laudem Ode Tricolos

Lebi renatę feſtus adeſt dies
Summi coruſcus lumine principis
Vis vnde diues gaudiorum
Speiq; venit noua perdito orbi
Illuſtre ſydus peruigiles magos
Cunctorum heriles chriſtigenum duces
Præſepe veſtigare chriſti
Munere perdocuit triformi:
Bis ſex dierum iam puer optimus
Explerat orbem: ſuxerat vbera
Jam ſepe matris: ⁊ profuſis
Sępe genas lachrymis rigarat
Tum qua reſurgit ſol vagus inclytam

Heroes vrbem mira adeunt fide:
Ubi ſit rogant recenter ortus
Qui diadema gerat verendum
Delapſa ſeſe ſyderę facis
Uidiſſe dicunt munera cęlitus
Quę regis aduentum ſupremi
Uaticinis radijs loquantur
¶ Frontem tyrannus contrahit efferam
Ad tam beati gaudia nuncij
Et plebs pari languet dolore
Dum procerum coeat caterua
¶ Mox per ꝓphete multiforem tubam
Natale chriſti promitur oppidum
Monſtrant iter notum ſalutis
Nocte duces ſtygia ſepulti:
¶ Pręcelſa linquunt menia tum magi:
Et regis ęgri ſpurca palatia
Stellęqꝫ ductu pręmeantis
Rura petunt ſacra bethlehem
¶ Amplo magorum pectora gaudio
Uiſo reſultant ſydere: nec capit
Uis mentium dei calorem
Qui pia vota regebat intus
¶ Edes ſubintrant ſtella vbi pręſidet
Flexiſqꝫ adorant poplitibus deum
Preſepis aut fęno cubantem
Uirginis aut gremio recliuem
¶ Exin recluſis dona crumenulis
Tus myrrham et aurum comiter offerunt

Rebus q; diuerſis loquuntur
Quo fidei valeant vigore
Auro fatentur regis opes rati
Et ture promunt flaminis infulas
Mortiſq; legi deſtinatum
Myrrhea per ſacra rite ſignant
¶ O laude dignos hubere principes
Quos preſſa rerum nil facies mouet.
Robuſta quo minus potenter
Corda fide, tueantur ampla
¶ Sic chriſtianam firma domus fidem
Cui petra fundum dat reſidem decet:
Quam nec nothi furor citatus
Flumina nec moueant adacta
Nocte inſecuta ſunt monitu angeli
Vitare iuſſi regna feri ducis
Crudele qui nephas verendi
In iugulum pueri parabat
Sic fraus latronis ludit impij. Reges reuerſi ſic alia via
Docent q̄d agere ſit ſalubre Quos tenet exiliũ miſellus
Mortē voluptas attulit ebria
Vitā laboris ſobria vis parit Illic ſupbi hñt ruinam
Hic humiles animi reſurgũt
Ergo medullis pectoris oībus
Lumē ſeq̄mur pēſile celit⁹ Radios cum fundit perennes
Atq; viā reſerat ſalutis Sit ſempiťno maria laus pri
Qui luce tanta chriſtigenū gregem
Dignatur: alliciťq; ſurſum Dia fons vbi lucis implet
In ditiſſimā digniſſimāq; chri pueri oblationē

Odarum ſpiritualiū

In templū in die auguſtiſſime purificatōis vir-
ginis matris     Ode tricolos

Agnis aucta dies muneribus nitet
Quam virtus meritę conſecrat hoſtię
Dum ſacrę puer ędi     Infertur placidiſſimus
Noſtrę lucis opes iam decies quater
Qui ſolem auricomum condidit hauſerat
Tum legem ſubit a ſe     Plebi iudaicę datam
¶ Proles ętherei maxima principis
Ritu flaminibus paupere ſiſtitur
Cum pro more parentum
Dantur cernua munera
¶ Pro caſto marię pignore ſcilicet
Caſtę aptantur aues. turtur habens parem:
Aut quę luce bimeſtri     Aſſunt forte columbulę
Eius iuſſa agitur lege redemptio
Qui cunctos redimit ſanguine regio
Cui latiſſimus orbis     Ornatu triplici ſubeſt
Hec diuina auidis munera brachijs
Cęleſti ſymeon flamine feruidus
Plus amplectitur auro
Hac ode eulogium canens
Iamiam ſancte pater: morte adeam ſine
Summę pacis iter nam tua pignora:
Verę dona ſalutis
Cerno ſtringo: gero. oſculor
Hanc lucem populis ingeris omnibus:
Qua cernant fidei mirificum iubar
Et quo tramite quęrant

Vitę gaudia perpetis
His vates parili fęmina ſpiritu
Sacris dat ſocias teſte deo manus
Quę poſt fata mariti
Longęuam viduam egerat
Hęc ędis ſolymę ceu reſes incola
Fructus ęthereos opperientibus
Regis ſceptra puſilli
Votis pandit alacribus
O quem tunc ſymeon annaq; nobilis
Perſenſere fauum: quo fuit vtraq;
Mens impleta vigore
Et quo flammea numine
¶ Non has lingua potens delicias canet:
Nec fęcunda pari mens capiet ſinu
Sola has nouit abunde
Fęlix experientia
Chriſtum quiſquis auet tangere paruulum
Et paſſis animi ſtringere brachijs:
Veros carpet amores
Et ſymplegmata myſtica
Langueſcent cyprię multifide faces
Et turpes copulę diffugient procul
Quin cęleſtibus armis.
Cedent arma libidinum
Salue digne puer laudibus optimis
Cum ſis e pueris optimus omnium
Nam velamine carnis
Claudis panaretum deum

Odarũ ſpiritualiũ
Querís ſoliuagam paſtor ouẽ bonus
Illuc vt reuehas. ſemper vbi pater
Tecum et flamine regnat
Maieſtate ſimillima

¶ Finis

## ¶ De intemerata diuę marię Conceptione

Ode Sapphica Dicolos

i Inclytam chriſti ſine labe matrem
Atqꝫ formoſi decus omne cordis
Laudibus tollat vitreo renata
Fonte caterua
Antequam molem fabrice trimembris
Poneret mira deus arte ſũmus
Viſus eſt digno marie nitere
Candor honore
Flammeus nondum croceo capillo
Sol refulgebat: neqꝫ lux ſororis
Cum liber diuus marię verendum
Nomen habebat
Hoc dei numen decuit benignum:
Iura nec leſit pia trinitatis
Et poteſt amplo rationis ęque
Limite claudi
Hoc mali expreſſit caput anguis imo
Virginis lectę pede ſubterendum
Et graui planta ſtigiȷ̃ premenda
Colla chelydri
Hoc prophetarum cecinere dicta
Et ſacrę legis tacite figurę:

Hoc decus clauſit ſolymi ſupellex
Aurea templi
Ergo conceptus marię fatemur
Labe primęua penitus vacantes
Solaqꝫ gratum meruit tonantis
Eſſe cubile
Virgini tantum noua ſingularis
Gratię virtus dare dignitatem
(Sit licet mirum) potuit iubarqꝫ
Indere tantum
Debuit pleno redolere flore
Integer regis thalamus ſupremi
Et nec indigni minima reatus
Fece natari
Quis ptātē ſine fine magnā Audeat q̄uis vice limitare
Eſt ratum quicquid ſemel ex perenni
Profluit arce
Si leui tactu macule triformis
Eximi tantam decuit parentem
Hoc et eternus voluiſſe rerum
Creditur auctor
Quo reportaret decus omne pacto
Ut canit toto ſacer hymnus orbe
Virgo ſi punctum fuit hac vel vnum
Fece peruncta
Ardui vis conſilij profunda
Cui nihil factum placet indecenter
Cur pium dignę ſineret perire
Patris honorem

Non ſō auguſtę generoſa plebis
Vota conſenſu patiuntur vllo:
Hoc nec inſigni pietas decora
Lumine ſuffert
Prouide totus rationis ordo
Huic manus nunq̄ꝫ dat opinioni
Quam modis paſſim varijs refutat
Pagina diues
Id negat ſumme grauidum parenti
Gratię munus ſupereffluentis
Pręſtitum: phebiqꝫ potentis igne
Flammea veſtis
Nam meros veſtit rubra lampas artus:
Et ſubeſt mundis vaga luna plantis:
Ne quis hanc matrem vereatur vlla
Sorde teneri
Ergo delectę rata dona matris
Voce ſublimi populus fidelis
Concinat: dignęqꝫ ferat canore
Laudis ad aſtra
Hec deum totis animi medullis
Hauſit: ⁊ membris teneris iugatum
Nobilis clauſtri ſine leſione
Edidit orbi
Omnium rerum domino potenti
Lactei potum dedit hęc liquoris:
Et cybo ſummi modico refecit
Viſcera nati
Hec ſacri primis pueri ſub annis

Sedule curam ſubijt miniſtrę
Candidum matris meritę nec vnq̄
Munus omiſit
Igne frigentem refouet puſillo.
Abluit caſtis glabra membra lymphis
Dona ſumenti placidę quietis
Peruigil aſtat
Regios artus. niue pulchriores:
Prona pauxillo leuat e cubili.
Et breui texte (mora nulla) comit
Tegmine veſtis
Penſiles vdis lachrymas ocellis
Tollit ⁊ crine ocyus expedito
Leuibus crebro pudibunda malis
Oſcula figit
Dulce ramoſis onus hinc ⁊ inde
Brachijs geſtat: gremio reponit.
Seq̄ miratur gerulam tonantis
Poſſe videre
Porrigit dextram facilem gemello
Debiles greſſus pede moliendi
Nec valet dulci ſaciare viſu
Mobile pectus
Millies ergo ſacra virgo ſalue.
Cuius indigna nec origo labe
Vita nec paruo vicij biformis
Sorduit actu
Sis memor fida prece ſeruulorum
Qui tui laudem celebrant nitoris:

Et manu forti violenta ditis
Tela retunde
Sibilum linguę remoue triſulcę
Et caput iugi preme virulentum
Calce: tum noſtrę dabitur quieta
Pax regioni

## De diuo Thoma apoſtolo Ode Dicolos

Communis fidei mirificum ducem
Thomam proſequimur laudibus annuis
Et quondam dubię mentis apoſtolum
Hymnis efferimus pijs
Ut chriſtus rediit victor ab inferis
Damnato rabide iure tyrannidis
Inuiſit comites lumine plurimo
Et pacem tribuit ratam
Affert quinqꝫ ſacri vulnera corporis
Uictę ſigna necis: ſeqꝫ per ignea
Tangi membra iubet. veſcitur ⁊ fauos
Ac verbis ſtabilit fidem
Huic thomas iubari defuit aureo
Nec tantiſper opus credidit arduum
Dum fęlice manus experientia.
Chriſti vulnera tangeret
O ardens pietas: ſummaqꝫ charitas.
Ergo paſtor ouem pectore cęlicus
Non vocis rigidę verbere territat
Sed blando fouet unguine
Contingat manuum ſtigmata pręcipit.
Et clari lateris vulnus apertile

Oblectetqꝫ probet diuite ſenſuum
Chriſtum viuere principem
Blandas inde manus mittit apoſtolus
In petrę ſtabilis ſacrą foramina.
Exclamatqꝫ pudens: Tu deus es meus
Tu rex et dominus meus
Quid tum melliflui nectaris ⁊ boni
Senſiſti penitus vir meritiſſime
Cum tacto inſoliti corpore luminis
Verum conſpiceres deum
Salue dux fidei pręcoqꝫ nobilis
Quem fuſi decorat gloria ſanguinis
Et magni titulus nominis: vt probe
Nouit decolor india
Illic exuuias membraqꝫ collocas
Mens cęli fruitur libera gaudijs
Communis domini quinqꝫ vbi vulnera
Phębo ſplendidius micant

## De natiuitate ieſu chriſti dignātiſſima ſanctiſſimaqꝫ Ode Tricolos

e Terna proles ętherei patris
Noſtri figura corporis obſita
E ventre matris non recluſo
Prodit ⁊ auctor adeſt ſalutis
Illeſa prorſus virginitas manet
Nec ſentit vllam conſpicuus pudor
Iniuriam fędi cruoris
Et vacat ipſe dolore partus
Pangunt canoras angelici chori

Odarū ſpiritualiū

Laudes: ⁊ hymnis rite ſonantibus
Regis noui cunas heriles
Faſciolasq̄ breues honorant
¶ Currunt magiſtri lanigeri gregis
Admiſſa mundo gaudia perdito
Cernunt videre quem ſalus eſt
Remq̄ caſas referunt per omnes
Celſa coruſci lampade ſyderis
¶ Primi vocantur chriſtigenum duces
Qui ture myrrha et auro adorent
In ſtabulo poſitum tonantem
¶ Salue dierum maxime: qui tulit
Nobis tot aucto munera fęnore
Et exules ſperare fecit
Ad ſuperas reditum phalanges
¶ Non poſſet vnq̄ dignius euehi
Natura noſtri cernua corporis
Nec charitas vires ſtupendas
Fortius inſinuare mundo
¶ O venter omni meſſe feratior
Tellure maior: latior ęquore:
Diffuſior cęlo patente:
Et locupletior orbe toto
Ex te bonorum prodijt omnium
Fons ac origo. quicquid habent boni
Opes caterue chriſtianę
Clauſtra tulere tui pudoris
¶ O fęta dio viſcera flamine
In quis amicus plaſmatis ⁊ dei

Fit nexus. ⁊ miro fauore
Coelica conſociantur imis
¶ Salue superni ſancta caro ducis
Que labis expers omne ſcelus necas
Orbem expurgas vniuerſum
Atq; nutris animos piorum
¶ Qui te palato precipit intimo
Uitam ſalutis perpetue capit
Angore nec famis premetur
Dum globus ethereus manebit
¶ O digna ſummo patre benignitas
O res perenni congrua filio
O ſpiritus opus superni
Conueniens bene charitati
En ad ſalutem iam patet oīm Optata dulcis ianua grē
Intrare phas eſt ⁊ btām Tum ſine fine tenere ſortem.

¶ Finis

## ¶ De ſacramento corporis et ſanguinis chriſti excellentiſſimo precioſiſſimoq; Ode dicolos

Urgat in laudes pia mens canoras
Et ſacro tinctus populus lauacro;
Sanguinem chriſti rutilumq; corpus
Efferat hymnis
Magna diuini bonitas parentis
Prodit in lucem: geminoq; dono
Filijs mirus fauor exhibetur
Flebilis eue
Perſerat quondam nece fraus ſatane
Principes noſtri generis beate

Incolas terre vetitam ꝗ eſcam
Mandere ſuaſit
Scilicet liuor veteris colubri
Preditum tantis hominem perennis
Dotibus vite doluit. necemq;
Intulit orbi.
Hanc ſui verax deus extimator
Plaſmatis pellit meliore fruge
Panis eterni. roſeoq; dulcis
Sanguine nati
Corpus eſt panis. cruor ipſe potus
Nec tamen ſanguis meritum ve corpus
Cernitur: ſplendor latet vtriuſq;
Sub ſpeciebus
Hinc ſpei ſurgit fideiq; lumen:
Vita ſuccedit. fera mors fugatur.
Quicquid inflexit prior eſca pene
Hic cybus aufert
Nil lucri fecit maleſuada ſerpens
Plura iam chriſti pietate dona
Sumimus quam perdidimus chelydri
Fraudibus ante
Iam ſalutari recreatur eſca
Qui cybo triſti fuerat peremptus:
Iam boni munus patris experitur
Filius ire:
Hoc rato vere precio ſalutis
Seruus amiſſam tenet exul arcem
Dam meram chriſti bipatente carnem

Suſcipit ore
Labitur cęlo ſacer angelorum
Panis. ⁊ vaſtę populos eremi
Roborat: gratus ſapor ora complet
Corq; voluptas
O redemptoris generoſa noſtri,
Charitas virtuſq; benignitatis
Fit cybus noſter triplicis verendus
Conditor orbis
Ille dat potum cruor vſq; nobis
Et lauat prauę ſcelus omne mentis
Qui rigat ſemper veneranda ſummi
Viſcera chriſti:
Hoc nihil facto valet inueniri
Arctius: nec ſit magis eminentem
Integri caſtiſſima fax amoris
Prodere flammam
Reddimur magni noua membra regis
Et coheredes: capimuſq; certum
Pignus optatę patrię ratęq;
Dona ſalutis
Non fuit toto ſata gens in orbe
Cui velut noſtris deus ipſe ſacris
Appropinquaret: fieretq; mentis
Potus ⁊ eſca,
Gratias ergo reſonas ſuperne
Reddimus iugi prece trinitati
Que ſuam tanto decorauit olim
Munere plebem

Odarum ſpiritualiū
De diuo Joanne Baptiſta Meritiſſimo
chriſti precurſore Ode Tricolos

Reco ſuperni maxime iudicis
Salue parentes quem ſenio graues
Lucem nouam morum tenebris
Progenuere deiqꝫ vatem
Non te ſub auras ſanctior ęditus
Eſt teſte chriſto cui vapidos latens
Intra receſſus aſſilire
Motibus inſolitis valebas
¶ Digno lucerne nomine prenites:
Summiqꝫ regis diceris angelus
Qui preparas viam rediuem
Qua veniat noua lux ſalutis:
¶ Uocis ſonore magnifica es tuba,
Celeſte verbum gentibus occines.
Propheta ceu de te profatur
Quem ſecuit medium tyrannus
¶ Incerta mundi gaudia perdi·ti
Primis ſub annis deſpicis. at ſacrę
Duros eremi obis labores
Moribus angelicis decorus
Ueſtis piloſę tędia plurima
Ardore miro mens tolerat tua
Nec te breui paſtum ſapore
Lauta cybaria molliere:
Ingens coruſcum iuſticię prius
Aurora ſolem rebus in omnibus
Sic maximo prefers honore

Clara vocabula ſanctitatis
¶ Baptiſta mirus tingere lympido
Chriſti verendum flumine verticem
Vix iuſſus audes myſticoq̃
Mergere membra dei lauacro
¶ O quanta creuit tum tibi gloria
Vocem haurienti ſyderei patris
Sanctumq̃ ſpiritum videnti
Sub ſpecie reſidem columbę:
¶ Vitale turbis dogma rebellibus
Preco diſertus pandis. ⁊ indice
Oſtendis agnum vi cruoris
Omne hominum ſcelus auferentem
¶ Sordes nephandas regis adulteri
Fretus tonantis lege redarguis.
Non ſceptra ſpurca ſubuereris
Non meretricis acerba dicta
Ceci mephitī carceris horridam
Et dura nerui vincula ſuſtinens
A veritate non recedis
Nec trepidas gladio latronis:
Nude ſecuri carnificis feri
Tendis virili guttura pectore
Humi caput iacet reſectum
Ethera mens ſubit expoliata:
Frontem triformi cingere laurea
Par angelorum ſedibus igneis
Soluſq̃ pręuales replere
Luciferi vacuum ſedile

Odarum ſpiritualiũ

Te noſtra vates o meritiſſime
Nunc vota tangant: ac moueant preces
Da quem prȩiſti olim videre
Perpetuaq́ ſonare laude

De inſigni martyrio Petri & Pauli ſanctiſſimoꝝ inter apoſtolos principũ Ode Sapphica

Principes orbis petrus atq́ paulus
Nuncij ſumme vigiles ſalutis
Hac coronati meruere clarum
Luce triumphum
Fert crucem petrus gladiumq́ paulus
Non idem mortis genus eſt: ſed idem
Ardor inuictȩ fidei moriq́
Neſcia virtus
Deſerunt longas animȩ beatȩ
Carceris noti tenebras ſuperſtes
Sanctitas vite manet innocentis
Famaq́ linguȩ
Roma theſauri gemini ſacello
Diues exultet: facibuſq́ crebris
Templa colluſtrans viridi coronet
Tempora fronde
Quos duces olim coluit: patronos
Nunc habet fidos: nihil eſt quod ipſis
Deneget chriſtus, modo ſit rotunda
Vita clientum
Nunc honorati proceres auete
Aſtra mercati roſeo cruore
Laus decet paſſim ſine labe gliſcens

Veſtra trophea

De diua Maria magdalena locupletiſſima diuine miſericordie teſte

Reclarum marię magdalidis iubar
Infertur poſitis exuuijs polo
Summorum manibus ſpirituum ſacris
Celum haurit noua gaudia
Mens digna locuples ſede reponitur.
Crebris emeritum ſyderibus caput
In ſerti ſpeciem cingitur: anulus
Seruate fidei datur
Concentus alacres angelici chori
Per ſecura domus atria celicę
Fundunt: ac grauidas iungitur optimę
Peccatricis opes canunt
Plauſu cęlicolum tota cohors pari
In laudes mario prouit inclytas:
Quas eterna graui numine trinitas
Audit comprobat & fouet
Hec eſt illa ſacros quę domini pedes
Perfudit lachrymis: ſubdidit oſculis
Ac leui madidos vnguine cernua
Derſit capitis coma
Hęc eſt illa gemens preſſaqꝫ criminum
Multorum vetito pondere fęmina
Quam chriſti pietas maxima ſupparem
Summis fecit apoſtolis
Hęc eſt illa necis ſacrificę pudens
Spectatrix tumuli fidaqꝫ diuitis

Cultrix: que reducem promeruit deum
Primo cernere lumine:
Hęc horrenda colens teſqua preces pias
Chriſto terq; quater quotidie obtulit
Sublimem tociens rapta per aera
Conductu angelicę manus
Hęc ſydus rutilum cęlitus emicat
Sub triſti ſcelerum mole iacentibus
Ne quis mente rea decidat in nigram
Amiſſe foueam ſpei
Tollamus meritis nobile laudibus
Saluatoris opus ſanctaq; munera
Peccatricem animam mirifice quibus
Flexit compſit & extulit

## De diua Anna matre virginis marię matrona meritiſſima Ode Sapphica

Irginis ſummę genitrix aucto
Anna ſublimi generoſa ſtirpe
Quam ſacerdotum pariter q; regum
Stemmata comunt
Ante te nuſq; fuit vlla mater
Quę pari tecum pede ſanctitatis
Currit aut cuius decus it per orbem
Ut tua virtus
In gradu poſt te reſidet minore
Illa quam primę fabricator arcę
Duxit vxorem. nuribuſq; ternis
Altior extas
Te parens leti ſterilis puelli

Quem pater celo voluit litare
Suſpicit cernitq; tuum nitorem
Supplice vultu

Te nitens mira ſpecie rebecca
Et valens veri pietate cultus
Preſici magno ſibi puritatis
Gaudet honore

Te ſacre vxores iacob fidelis
Sede prelatam ſibi celſiore
Candide ſpectant tua ſubter aucta
Dona canentes

Te ſupra letis animis tuentur
Ruth ⁊ ingenti ſocrus egra luctu
Sera ſampſonis genitrix idem alto
Pectore ſentit

Te pij mater ſamuhelis anna
Et cato pollens animo abigail
Sub tuis pulchre pedibus locate
Semper honorant

Tu prophetiſſas veteris noueq;
Legis excellis.radios vt omnes
Syderum.phebi ſuperat fugacis
Ignea lampas

Ergo tot donis opulenta mater
Sola matronas quibus ecce cunctas
Vincis in noſtrum tua flecte ſemper
Lumina cetum

Pelle feralis rabiem ſatane
Fraudis ⁊ cece volucres ſagittas

Cor quibus noſtrum petit ille forti
Supprime dextra
Sit procul peſtis. ſubiteq; mortis
Caſus infelix: fera bella clauſis
Exulent valuis: teneatq; noſtros
Pax mera fines
Optime pacis pete dona nobis
Que modo ſtringis gremio capaci
Fons vbi vere viget vſq; lucis
Perpete ſole

De diuo Laurentio Inſigni ac glorioſo Martyre Ode Tricolos

Ictrix magnifici laurea martyris
Laurentis. titulo preminet arduo
Et toto volat orbe
Fuſi gloria ſanguinis
Letetur celebri plebs pia gaudio
Pangens ſacra nouis carmina laudibus
Pro virtute triumphi
Quem miles reuehit bonus
Par eſt dulciſono munere proſequi
Hunc quem leticia diuite celites
Per ſublimia tempe
Hymnis iugibus efferunt
Urbis rex latie degener appetit
Veſano reſidem more pecuniam
Quam leuita refudit
Ad fidas inopum manus
Nec vi deijcitur nec prece flectitur

Athletę vegeti pectus inobrutum
Stat firmo pede virtus
Nec nutat fidei vigor:
Succedunt vacuis flagra minis: ſacrum
Corpus dente ſcabro crebrior vngula
Radit nudaqꝫ membra
Lucentes pilulę terunt
¶ Torpet laſſa ferį carnificis manus:
Et iam quod peragit vix oculis opus
Suffert. percitus ira
Prefectus licet vrgeat
¶ Nil defecta pium brachia militem
A rectę fidei tramite dimouent
Tortor ſegnior eſt q̄
Victoris pacientia
¶ Per prunas laceris ſternit artubus
Durus multiforis craticulę torus:
Latro ſaucia verſat
Vncis membra tridentibus:
¶ Lentis ſecta caro ſoluitur ignibus
Et per ceca furens it calor ilia
Quem chriſti tamen ardor
Miris exuperat modis
¶ Leto martyr ouans ridet acromate
Cum toruo attonitum rege ſatellitem
Tantus pectora feruor
Contemptus habuit focis
¶ Jam toſti lateris volue miſer dapes
Noſtriſqꝫ exatura te modo carnibus

Pars auerſa ſat arſit
Mande hanc dum reliqua ardeat
Nil vltra potuit trux furor ebrij
Ni perculſa ducis viſcera rumperet
Palmę munus herilis
Laurens emeritus rapit
¶ Mens quauis facile candidior niue
Cęlis inuehitur: triplice cingitur
Vertex peruigil auro:
Et lux vera detur deus
¶ Seuus languet humi cum facibus ſuis
Tortor ſyderea dum meritiſſimus
Martyr ſede quieſcit
Sceptro fulgidus aureo
¶ O virtute pugil prędite maxima
Tollentes oculis cerne pijs tuum
Sacra laude triumphum
Ac palmę rutilum decus
¶ Flammarum leuium terribiles globi
A noſtris petimus ſint procul ędibus
Nec precordia dirę
Allambant ſcelerum faces
¶ Da celi eximiam ſcandere regiam
Poſt carnis cineres. ſumma vbi trinitas
Vere gaudia lucis
Diſpenſat ſine termino

De glorioſę ac intemeratę virginis matris
Aſſumptiõe Celeberrima honorificentiſſimaq;
Ode Tricolos.

Egina mundi maxima cęlicos
Tranſcendit orbes diuite gloria
Thronoqꝫ ſublimi locatur
Fronte gerens diadema fuluum
Tantę parenti prodiit obuiam
Multo decorus milite filius
Hinc laudis alterni canores
Vocibus hymnidicis feruntur
Jeſſęa proles pulſu agitat chelyn
Ducens choreas per liquidum ęthera:
Quem more nobilis triumphi
Clara patrum ſequitur caterua
¶ Sic virgo cęlis dignior omnibus
Cęlos per omnes ducitur aurea
Cingit ſacrum caput corona
Sceptraqꝫ celſa manus honuſtant
¶ Cęleſtis artus ſol niueos tegit
Cum luna geſtat virgineos pedes
Et regiam biſſena frontem
Sydera mirifice venuſtant
¶ Tranſit ſupernos ſpirituum choros
Sub trinitatis nacta throno locum
Dextramqꝫ filij beatam
Sede tenet ſocia rataqꝫ
¶ Fertur poteſtas huic ſuper omnia
Que claudit orbis ſphęra decemplicis
Nec degit vſquam virginale
Quod queat imperium latere
¶ Ergo beatę gaudia virginis

Et mentis amplę magnificum decus
Alteſono vocis canamus
Nil ſileat ratione clarum
¶ Salue tonantis nata ſoror parens:
Regina ſalue diues et inclyta.
Salue imperatrix celſa mundi:
Mater aue populi fidelis
¶ Optata dulcis munera gratię
Quę primus olim perdidit incola.
Tuo reperta ſunt pudore:
Pax reparata: ſaluſqꝫ parta
Poſcis benignam tu veniam reis
Congeſta moles quos ſcelerum premit
Et quos ſpei reliquit anſa
Mirifico recreas vigore.
Luſtralibus tu ſępius ignibus
Mentes amicas ſubtrahis: et fugas
A ſeruulis caſus ſiniſtros
Ac varios abigis timores
Peſſum procellam das timidi maris
Et ſternis vltro cana volumina
Si quis vacarit inter vndas
Sceptra tuę reuerenda dextrę
¶ Tu virginali turpe caput pede
Serpentes arctas: ⁊ rea guttura
Veſtigio premis verendo
Ne quod auet queat exhibere
¶ Hęc colla virgo deprime iugiter
Quo dia noſtris pax data finibus

Nos ducat illo trinitatis
Perſtat vbi ſine fine regnum

De integerrime nobiliſſimeq; virginis m[ari]ris
Natiuitate ſacratiſſima ac illuſtriſſima
Ode Sapphica

Rodit illuſtri ſacra virgo partu
Sub leues auras: gemineq; ſtirpis
Flaminum et regum titulis honuſta
Aduenit orbi
Sanctitas amplum comitatur ortum:
Et recens cordis nitor innocentis
Nobilis fame replet vniuerſum
Lampade mundum
Creuit hinc lectę ſuperum corone
Gaudium mirum: q[uod] adeſſet illa:
Lapſa quę magnę repararet vrbis
Męnia virgo
Vota ſupremę pia trinitatis
Quę diu mundum latuere gaudens
Lucidis ſignis aperire ſeſe
Ad genus adę:
Pręparat dignam ſine labe matrem
Compari nato pater ille ſummus
Nulla quam primę viciarit vnq[uam]
Sordis origo
Ergo plebs chriſti roſeo cruore
Lota pro tanto ſit honore lęta
Et noui totas repleat medullas
Igne vigoris:

Naſcitur veri genitrix tonantis:
Que caput nigri terit anguis atqꝫ
Dira ſub plantis premat efferati
Colla tyranni
Prepotens mundi venit imperatrix
Fertilis vite ſpecimen futura
Et verecundi decus e ditura
Juge pudoris
Naſcitur firme generoſa pacis
Redditrix: ingens ⁊ opum relatrix:
Quas leui quondam temerata tactu
Abſtulit arbos
Naſcitur fulgens maris eſtuoſi
Stella: que ſtratis miſeros procellis
Nauitas iugi radio perennem
Ducat ad oram
Naſcitur magne vetus arca legis:
Que cybum vite gremio capaci
Et dei ſcriptas digito tabellas
Sedula geſtet
Naſcitur virge calamus verende
Que comam fructumqꝫ nucis ſine omni
Lege nature: pluuio ve lapſu
Proferat olim
Naſcitur clauſis rata porta valuis
Que viro nulli reſeranda fiat
Maximo clauſtri ſine leſione
Peruia chriſto
Naſcitur dio rubus igne tectus

Qui deum mira gerat ęquitate
Myſticas leges homini profantē
Sacraq; iuſſa
Naſcitur toti generi ſerena
Mater humano: vigil ⁊ precatrix
Cui nihil ſummus placiduſq; rerum
Deneget auctor
Ergo natalis tuus vſq; virgo
Roboret mentes faciatq; mundi
Gaudijs ſpretis. patrię perennis
Luce beati

**De maximis ac famatiſſimis diui Martini cō feſſoris pontificiſq; virtutibus et rebus mirifice geſtis pro iuuenum cantilena**

**Ode Tricolos**

Rugum minerue que colis uberem
Pręclara pubes: pręſulis inclyti
Dic geſta: quo non vidit vnq;
Gallia celtica ſanctiorem
¶ Id vult recurſus muneris annui
Et chriſtiani nos populi vetus
Quod candido fauore ſponte
Caſta polymnia proſequetur
¶ Plebis renate magnificum decus
Martine ſalue: Tu ſatis efficax
Rudi iuuentuti magiſter
Et ſpecimen celebre es merendi
Ut trina paucis luſtra decembribus
Uiciſti: abacto nomine militis

Feruore cępiſti profuſo
Dulce iugum fidei ſubire
¶ Jam tum rigentem frigore peruio
Veſtis amico tegmine pauperem:
Quod inſecuta nocte chriſtus
Exhibet angelicę cateruę
Poſtq̄ vnda neuos diluit abditos
Creuit ſereno miro animo fides:
Et robur inferno cylydro
Intolerabile feruor auxit
¶ Fit mens adauctę iuſticię tenax:
Et luce berilis fulgida paginę:
Noua reguntur arte mores:
Lenis arat rude vomis aruum
¶ haud eſt rebellis ſpiritui caro
Nec more prauo pręſidi amabili
Vllum negocium faceſſit
Legibus innocuis reuincta:
Quis tulliana conſona flumini
Jam verba fundat: pulchra quibus tui
Cępta inſtituti proſequatur
Promeritamq; labore palmam
Qui fontis expers deſierat ſacri
Vitalis aurę carpere munera:
huic reſtituto das vigore
Viſere lucis opes ademptę:
Extorſit alter fune breuem ſibi
Vitam id ſiniſter ſpiritus egerat
Quem priſtinum miru s precator

Famen mire facis repente:
Sacro cathedram precipuam loco
Conſcendis: vnctus diuite ſpiritu:
Hinc liuor emulos abortus
Tabe mephitifera referſit
¶ Tum lumen ingens e ſpecula velut
Terrarum in omnes diſijcis angulos
Fit particeps tui recenter
Turba ſodalitij coacta
¶ Aram pudendi numinis abrogas
Et falſa nugis vota fidelium
Latronis atra doctus vmbra
Dogmata mirifico reformas
Tanta ſicanos vix apud hoſpites
Saxoſa perſtant mole cacumina:
Quanta cadauer efferentes
Per crucis arma tenes amica
¶ Magni ruentem nominis arborem
Vultu opperiris candidulo: licet
Te vergeret contra, ac verende
Vi crucis in latus alterum vrges:
¶ Miſſo ſacrati corporis obice
Vis flamma ſeuas depoſuit minas
Non auſa conceſſo furore
Fortibus imperijs reniti
¶ Indigna plebis verbera ruſtice
Crebro tuliſti: dum ſeris auream
Legem tonantis: et ſceleſtos
Pane cupis ſaciare verbi

Odarum ſpiritualiū
Ritus p rophanos plenaq; demonum
Idola grandi robore destruis
Non te minacis mucro ſice
Non metus hinc necis arcet vllus
¶ Prebes inermem carnifici gulam:
Quam dum machera terribili petit
Ferrum manu repente lapſum
Nec capulo nec habetur vſq;
Tu destitutam viribus omnibus
Per vim liquoris palladij citam
Curare pręuales puellam
Teste fide populi frequentis:
¶ Vernam rebelli demone percitum
Dum mente dónas incolumi. ſtatim
Fide ſalutis chriſtianę
Mite reples cor heri potentis:
¶ Quem vis maligni rabida ſpiritus
In te furenti mouerat impetu
Securus excipis. faciſq;
Hoſpite letifero vacare
¶ Cinctus caterua męnia dum ſubis
Que lambit aucto ſequana gurgite
Reddis virum lepra ſepultum
Sancta per oſcula ſanitati
¶ Correpta miram ſenſit opem febre
Virgo exaratam dum manibus tuis
Epiſtolam graui ſub ęſtu
Pectore forte gerit ſupino
Tanta ergo menti cum data ſit tuę

Rerum poteſtas o pater inclyte.
Laudis tuę decus canentes
Reſpice contuitu benigno

¶ De religioſiſſime laudatiſſimeq̃ʒ Elizabet p̄conijs atq̃ʒ virtutū clariſſimis inſignibus

Ode dicolos

i Ngens mirificę fulgor elizabet
Illuſtrat celebres chriſtigenum choros
Et caſtę fidei mira ſerenitas
Demulcet pia pectora:
Hanc pręclara licet ſtemmata compſerint:
Plus diuina tamen gratia ſuſtulit
Quam traxit gemino matris ab vbere
Chriſti ſponſa tenerrima
Etati comes eſt ędita nobilis
Virtus ingenij: pectoris ⁊ vigor
Annos exuperat. regna pudor tenet
Morum omnis leuitas abeſt
Hęc inter proceres proficit ęmulos
Sub duris redolens ſentibus vt roſa
Quam quo plus rigidę perterebrant acus:
Hoc fragrat generoſius
Non murmur ſtabilis vim pacientię
Perfringit. nec habet ceca ſuperbia
Preſſo in corde locum. triſtis edax abeſt
Tabes inuidię procul
Sanctus virgineum pectus amor regit
Largo multiplicis munere gratię
Et grato patrię lumine perpetis

Odarum ſpiritualiũ
Colluſtrat tenet afficit

Nil toto meritę corpore virginis
Quod culpare queat ſancta decentia
Paret: ſic habuit ſpiritus ignifer.
Mentis caſta cubilia
Hinc matura viro coniugium ſubit
Cęleſtiq; datum fędere vinculum
Ternis conſpicuum reddere liberis
Agri more boni valet
His diuinus amor nexibus haud minor
Euadit tumidi ſed velut aggeris
Obiectu fluuius currere neſcius
Semet ſubrigit altius
Curatrix inopum. ſeruaq; pauperum
Et ſexus vidui pręſidium vnicum
Ac orbę ſobolis mater amabilis
Pro chriſto efficitur libens
Grandi labilium fert pacientia
Rerum damna viri libera vinculo
Et chriſti rigidam pauperiem ſequens
Cęli diuitias ſitit
Fit mens liberior terſior. altior
Conſtantiq; leuęs robore voculas
Calcans opprobrijs gaudet ⁊ abijci
Juges delitias putat.
Quanto pręcipuas igne preces ferat
Ardenti didicit corpore iunior
Cum tendente manus matre medullitus
Ille incendia perbibit

Quam virtute potens emineat: canit
Ingens debilium turba. quibus ſalus
Hac orante data eſt ac ſuperum fauor
Miris exhibitus modis
Herens celo animus fortiter alteras
Vernanti renuit ſanguinem nuptias
Quo ſe panareti principis arctius
Tedis iungeret intimis
O geſtis locuples femina maximis
Et vite meritis inclyta flammeis
Fide matris opem fer tua munia
Caſta laude ſonantibus
Fulgens altiiuge tu decus haſſie
Germanie ſoli viuida gloria.
Et vite ſpecimen nobile ſeſſilis
Ac inſigne operum iubar
Fac noſtra auricomis nomina litteris
Inſcribi tabule quam ſacra trinitas
Auguſtis animis atque fidelibus
Nutu perpete deſtinat
Ut tecum angelicis contigui choris
Summum rite patrem tollere laudibus
Cum nato parili et compare ſpiritu
Poſſimus ſine termino

## De Splendidiſſimo fortiſſimoque diue Katharine triumpho Ode Sapphica

g Audium votis populi renati
Dat triumphalis noua lux agonis
Quo ruinoſum katharina mundum

Vicit ⁊ hoſtem
Regis hęc coſti generoſa proles
Induit chriſtum teneris in annis:
Et ratę cęlo pietatis altum
Hauſit amorem
Non catam mentem vaga pulchritudo
Corporis vicit: nec olens voluptas
Caſta frenauit tragico puellę
Ora lupato
Sint opes amplę licet: aucta forma
Liberum pectus: ſcia mens. ſuperbum
Glorię culmen: famuli frequentes
Osqꝫ diſertum
Cuncta protriuit vegetus verendę
Virginis feruor: ſtudiumqꝫ rebus
Omne diuinis dedit: atqꝫ curas
Spreuit inanes
Illa cęleſtis thalami receſſus
Nubili voluens animo prophani
Cęſaris tędas oliduqꝫ riſit
Fulcra cubilis
Illa facundo patrium ore ritum
Haud minis dirę tremefacta mortis
Arguit: legeſqꝫ ſacra tyranni
Deſtruit arte
Illa pręſtantis ſophię recenti
Freta theſauro. grauium virorum
Textiles nodos valet ac ſtropharum
Soluere tritas:

Illa victricem reuehens coronam
Mittit excoctos velut aurum in igne
Quinquies denos ad opes superne
Rhetoras aule:
Dum fidem niſu valido tuetur
Uapulat diris tenerum flagellis
Corpus: ⁊ caſto patitur madere
Sanguine membra.
Hanc libens vncto litat innocentem
Hoſtiam ſponſo roſei cruoris:
Cuius amplexu tacito potiri
Gaudet amatq́z
Carceris ceci vapidam mephitim
Luce biſſena ſine voce perfert
Murmuris durę q́z famis minacem
Suſtinet iram.
Celitus lapſa recreatur eſca
Et coruſcantis placidam meretur
Gloria chriſti ⁊ veneranda diuum
Ora videre
Hinc manus legi dare chriſtianę
Militum princeps thalamiq́z fida
Regij conſors animis iugatis
Gnauiter audent
Ad truces orbes opus execrandum
Nec graui pectus trepudat pauore:
Nec cadit vultus: tremulo vacillans
Nec pede crura:
Cernit immotis animis ſuperne

Diruí canthos. radi os ⁊ axes
Atqꝫ pelleam ſub atroce pubem
Strage perire:
Enſe decretam ſubitura mortem
Orat exacti memores triumphi
Sub nouercali forte ſorte tutos
Speqꝫ potiri
Accipit lętis reſonam tonantis
Auribus vocem: Rata ſunt petita
Teqꝫ ſupremi manet en recluſa
Janua regni
Ceſa lac fundit mera virginalis
Signa virtutis: iuga montis abdunt
Celſa panchęi merito ſepulchro
Nobile corpus
Permadent iſtic ſine labe membra
Palladis flaue vitreo liquore:
Unde quęſitę cita vis ſalutis
Prouenit egris
Ipſa cęleſtem veniens ad arcem
Contegit frontem triplici coronas
Atqꝫ poſt matrem domini meretur
Prima locari
Ergo pręſigni locuples triumpho
Uirgo vitalem fer opem miſellis
Qui tuę laudis generoſa facta
Pangere gaudent
Tu fac immunes ſinat eſſe vbiqꝫ
Uirus inferni rabidum colubri

Sint procul ſeui celeres ſagittę
Telaq; ditis
Sortis aduerſę rigida ſub hora
Cernuos ſerua famulos nigraq;
Morte proſtratos fac herilis aulę
Luce beati

¶ De admirabili preconio atq; illuſtri vita pi-
entiſſimi Andree et apoſtoli et patroni noſtri
lectiſſimi amantiſſimiq; Ode Tricolos
Primi duo vſus ſunt Aſclepiadei
Tertius pheretratius:
Quartus Gliconicus

Conſors ętherei principis andreas
Telluris rutilum ſydus achaicę
Toto poſſidet orbe
Laudis conſpicuum decus
Hic eſt clauigeri frater apoſtoli
Preconiſq; recens agniferi comes
Quem chriſti tuba mouit
Legis ferre iugum nouę
Linguę melliſluo flumine diuitis
Tractus. vana breuis gaudia ſeculi
Forti deſpicit auſu
Spem celo ſolidam locans
Pręfert difficili pauperiem modo
Regum diuicijs: menteq; feruida
Chriſti pendet ab ore
Cum vocem bibit auream
Faſces pręcipui muneris accipit

Ut calcet ſtygij colla ducis fuget
Uiuo carmine morbos:
Et verbum ſerat vtile
Caſtam mirificis rebus habet fidem
Quas ſoter populo fędifrago exhibet;
Dum paſtoris anheli
Ritu quęrit ouem vagam
Fit teſtis locuples ⁊ crucis ⁊ necis
Et fuſi innocuo corpore ſanguinis
Ac poſt fata triumphi
Nec non ad ſuperos vigil
Hauſit mira boni munera ſpiritus
Dum linguas penitus concipit igneas
Et ſermone diſerta
Implet guttura cęlico;
Mox inuicta graui robore pectora
Increſcunt animis: degenerem metum
Ingens gratia pellit
Augeturqꝫ valens vigor
Jam tamen maior erat q̄ necis vt timor
Aut armata minis fulmina grandibus;
Athletę cor herilis;
Celſo deijcerent loco;
Lori multifidi verbere percitus:
Probris expoſitus: carcere conditus:
Lęto ſoluit ouantes
Victor pectore gratias
Laudes opprobrium: regnaqꝫ compedes
Pro chriſto reputat: quamqꝫ acidam vitam

Mundus peſtifer odit
Votis expetit omnibus
Fęlix vſqꝫ ſolum. diues achaia
Quę tanti meruit voce viri fidem
Miſſę haurire ſalutis
Et ritus ſacra myſtici
Cędunt falſa pio numina cultui
Spurca idola furor deuorat igneus:
Et reſponſa deorum
Vitali imperio tacent:
Nigrorum pręmitur vis mala dęmonum
Et funeſta auidę ſceptra tyrannidis
Vertuntur melioris
Regni faſcibus aureis
Summo templo deo marmore viuido
Surgunt: ⁊ pietas cędere neſcia
Flagris: ſentibus igni
Seſe porrigit vndiqꝫ
Sic clari viguit feruor apoſtoli
Sic menti ſtudium pręfuit hoc pię:
Sic virtus męra late
Vires exeruit ſuas
His vitę meritis crux ſtruitur fera:
Quā dum conſpiceret vir placidiſſimus
Auſu pectoris aucto
Hoc furcam eulogio petit
Salue crux locuples fulgida nobilis
Eterni roſeo ſanguine principis
Cuius lactea membra

Odarũ ſpiritualiũ
Sunt merces tibi gemmeę
Tu me diſcipulum ſuſcipe cernuum
Et conſtringe tuis candida brachijs
Quam mens noſtra medullis
Jam pridem cupit omnibus
Tu ſpes certa michi: tu mea gloria:
Tu ſublime decus: tu iubar: ⁊ potens
Ueri ianua regni:
Ac pacis via maxima:
Prędurís igitur funibus in cruce
Diſtentus. rigida ſub nece gratias
Chriſto inſigniter egit
Ac plebem docuit rudem
Sic pendens biduum belliger andreas
Candentem merito lumine ſpiritum
Juſſu reddidit alto
Chriſti vlnis bipatentibus:
Jllic pręcipui ſedibus ordinis
Collato inuehitur iudicij throno:
Sceptrum dextra prehenſat:
Frons aurum gerit ardua:
Te nunc ture precum ſupplice poſſumus
O pręclara ſoli lampas achaici
Carnem demona mundum
Da nobis bene vincere:
Da virtutis opes excolere huberes:
Et vitare nephas ſollicito metu:
Ac poſt fata perennem
Celi viſere principem

Liber

De celeberrimo ac mirificentiſſimo Nicolao Epiſcopo Myrenſi ac lycię apoſtolo Sciſſimo:

Ode Sapphica

Ollit excellens patulum per orbem
Laudis auguſtę tuba nicolaum·
Cuius inſigni patarea gaudent
Menia partu:
Mira ſupremi manus hunc tonantis
Tangit:aſſeruat.refouet:bis alme
Lacte dum matris videt abſtinentem
Hebdomas omnis
Sacra virtutum ſeges inclytarum
Hoc agro ſenſim ſubit:vſq; plenam
Dum bone frugis cererem virilis
Protulit ętas
Candidam largis inopum miſellę
Dat stypem turbę manibus.vetatq;
Aureę molis precio ſceleſti
Crimina ſtupri
Edis auguſte penetrat frequenti
Limen acceſſu:memorīq; fidę
Scrinio mentis bona mandat alti
Semina verbi
Nil quod aſpectus hominum ferret
Pręditus magno iuuenis vigore
Geſſit:exemplo nihil inſolenti
Prętulit vnq;
Clara longinquas lycię per vrbes
Fama crebreſcit:mera lux recondi

Non valet: nares nec odora nubes
Preterit acres
Culminis ſacri datur alta ſedes:
Hinc viri factis meritęq̨ vitę
Ciuitas fulgens ita in eminente
Monte locatur
Tum nouas vires pietas aperto
Exerit cultu: rata ſanctitatis
Jura ſeruantur: redoletq̨ tota
Vita pudorem
Priſtinus feruor nihil eſt remiſſus
Faſcibus celſis bifidę tiarę
Sed magis porrexit opes caloris:
Diuite flamma
Quam viri dulces modici receſſus
Anxię vis ſympathię replerit
Tres neci addicti iuuenes probarunt
Re ſatis ampla
Trux epheborum glabra colla lictor
Impia cęſurus erat machera
Atq̨ tincturus gelidam innocenti
Sanguine terram
Cum vir inſignis meriti cruentum
Enſe decuſſo vetuit miniſtrum
Progredi: predamq̨ ſuę receptam
Reddidit vrbi
Huius ⁊ vires maris ęſtuoſi
Terga ſenſerunt: celerem inuocatus
Quando opem nautis tulit: ac procellas

Strauit obortas
Qua fide ſummum petijt tonantem
Aucta frumenti probat impetrati
Vis: ꝛ in multos cybus inde gratis
Pręſtitus annos
Qua coruſcarit lyciam per omnem
Luce ſignorum. nec arundo pinget
Lingua nec promet: bona ſic bonuſtat
Copia famam
Jam potens heros tua nicolae
Dextra defendat: ſolidet poteſtas:
Et preces firment tibi ſeruientes
Teqꝫ canentes
Fac dei ſummi valeamus olim
Perfrui vultu: placidaqꝫ tecum
Luce perfundi: ꝛ ſine fine olympi
Regna tenere

**In pulcherrime inſigniſſimeqꝫ triūphatricis Lucię v̄ginis ac martiris laudē Ode Tricolos**

m Agne coruſcat gloria lucię
Totum per orbem: qua pudor inclytus
De virginalis hoſte ſexus
Magnificum reuehit triumphum
Nil prępminentes hoc arethuſides
Fudere mauis ſydere: quo velut
Celsę globo facis refulget
Trinacrie ſcopuloſa tellus:
Virgo perennem principis hęc dei
Pręfert amorem rebus anilibus

Formamq; mortalis mariti
Stercore ducit olentiorem:
Quicquid ſupellex ponderis aurei
Seruabat: ęgris pauperibus vagis
Id omne contulit benigne
Ethereas habitura merces
¶ Primo ſuperbum culmine iudicem
Tam cominantem q̃ prece callidum
Temnit virili mentis auſu
Nec fidei pereat monile:
¶ Immota perſtat ceu grauis ardua
Moles columnę: cum vaga mollium
Plebes ephebozum prophanę
Nititur hanc veneri iugare:
¶ Summus ſtupendo pondere ſpiritus
Sic fixit imos parthenices pedes
Ut nec iugata colla poſſent
Brachia nec iuuenum hanc mouere
¶ Nil feruor ignis territat additus
Inuicta celſę pectora virginis:
Caloris expers flamma languet:
Virgineoſq; veretur artus
¶ Tum ſtricta guttur ſica ferit ſacrum
Turpatq; collum vulnus apertile:
Nec ſic tamen gradu labaſcit:
Aut acida nece virgo peſſum it
¶ Tantiſper altis viuida vultibus
Morti reſiſtit: dum reducem cybum
Capeſſat hoſtię potentis

Angeliciqꝫ alimenta panis
Mox liber altum ſpiritus ethera
Scandit relicto tegmine corporis
Quem maximo clarum triumpho
Etherę comitant phalanges.
Frontem corona duplice cingitur
Et celſa ſponſi principis oſcula
Fructu perenni ſponſa libat
Virgineaſqꝫ agitat choreas
O virgo dignis ardua ſedibus
Victrix tyranni dęmonis ⁊ necis,
Te laudibus pijs canentes:
Reſpice protege: roboraqꝫ
Fac ſit precatu vita tuo valens.
Peſtis ſagittę longius exulent:
Hęmorrhois vacet fluore
Et ra ta pax animos ſerenet:
Quo trinitatis mirificum iubar
Tecum intueri diſpare gaudio
Poſſimus. ac ſemper ſupernę
Męnia viſere ciuitatis.

In laudē p̄ſtantiſſimi ac meritiſſimi protomartyris Stephani Ode dicolos

Inſignem decorat mors ſtephanum ſacra
Et fuſi rutilans laurea ſanguinis
Vitali pugilem robore pręditum
Vltra ſydera prouehit
Miles purpurei ſignifer ordinis
Hic chriſto enituit proximus omnium

Tanto nobilior munere gratie
Quanto tempore fit prior
Hunc hauſto placidi numine ſpiritus
Biſſeni proceres tam viduis patrem
Quam legere pium chriſtigenis ducem
Et verbi celebrem tubã
Hunc mirabilium lux habet actuum
Qua fex fędifragi concutitur gregis
Et chriſti populus ſanguine lutheus
Mirum conſequitur decus
Hic lectę validus mons ſynodi fuit
Ac murus ſolidus: quem neqꝫ flumina
Verborum: neqꝫ vis emula vincere
Ullo preualuit modo
Dum ſordes ſcelerum iudaicis viris:
Et mortem domini dux ſacer exprobrat
Defenditqꝫ noue leges opes meras
Cęli regia fit patens:
Tum claro ſtabilem lumine ſuſpicit
Chriſtum martyr ouans. corqꝫ medullitus
Ingenti exhilarans leticia deum
Hoc viſum eulogio canit
En cęlos liquido cerno pateſcere
Et chriſtum ętherco ſtare parem patri:
Quem ſęua immeritum morte tuus furor
O gens cęca peremerat:
Victis ille noua luce doloribus
Et preſſo ſtygię iure tyrannidis
Orbem ſceptrigera quadrifidum manu

Celſo cum patre dirigit
Ut vires boreas dat, vagus ignibus
Sic athlete alacris vox validiſſima
Iratis rabiem ciuibus excitat
Et bilem mouet ebriam
Clamor ſumma ferit ſydera barbarus
His dictis nec iam verba furentium:
Sed tum ſacrilege rem peragunt manus
Tum fędiſſima phlegmata
Sacris eijcitur męnibus illico
Aſſertor fidei belliger inclytę
Ac multa grauium vi lapidum necem
Pro chriſto oppetit efferam
O q̄ celsus amor pectora martyris
Accendit: genibus cum poſitis deum
Pro niſu rabido carnificum rogat
Lingua ſanguine lachrymis
Lictorum miſeram plus doluit vicem
Cęcatoſq animos. quam ſua vulnera:
Sic interna calor viſcera cęlicus
Ui mira ſibi vendicat
Mox ſacrum angelici rhetora ſpiritus
Uictricis rutilum munere laurę
Cantus hymnidici non ſine iubilo
Cęli ſedibus inferunt
Iſtic ſerta tribus fulgida circulis
Aptantur capiti ſceptra volam replent
Ac ardens humeros purpura contegit
Stratis ſub pede floribus

Odarum ſpiritualiū

O princeps roſei ſignifer agminis
Et magni titulo diuite nominis
Illuſtris tua nunc fata canentibus
Vite deme pericula:
Iuges pelle dolos demonis improbi:
Innatamq̄ʒ facem ſupprime corporis:
Et mundi iaculis vſq̄ʒ volantibus
Dextram oppone piiſſimam
Ut laudum merito carmine proſequi
Maieſtatis opes ⁊ iubar optime
Celi intra decimi celſa palatia
Poſſimus ſine termino

# In laudē candidiſſimi aplī ac preclariſſimi Euāgeliſte Ioannis tonitrui filij

## Ode Sapphica

I Ut ioannem mera ſanctitatis
Et fauor ſummi locuples tonantis
Efferunt: miriſq̄ʒ vehunt per omnem
Laudibus orbem
Charus hic veri comes eſt magiſtri
Principis celſos aquile volatus
Ac honorande generoſa adeptus
Munera lingue
Naue piſcator dominum relicta
Suppari greſſu ſequitur: geniuſq̄ʒ
Diſcit humanum fidei nouello
Prendere reti
Creditur regis monitu ſuperni
Comparis ſponſe thalamum horruiſſe

Quo dei poſſet fore ſingulari
Dignus amore
Virginum mores imitatus altos
Fit deo caſtis meritis propinquus
Et pari cum laudibus angelorum
Certat honore
Ergo ſyncera comes ille mente
Crebrius miris adhibetur actis
Patribus cunctis quibus intereſſe
Non erat vſus
Calcat inferni caput anguis atrum
Et putres morbos tribuente chriſto
Pellit: ac regni patulam ſupremi
Predicat arcem
Accipit nomen tonitrus tremendi:
Qꝫ canes chriſto foret oblatrantes
Voce fracturus reſona. tubaqꝫ
Cantor herili:
Alta doctrinę celebris fluenta
Haurit ad pectus domini recumbens:
Dum ſacri panis nitet apparatu
Myſtica cęna:
Inter electi proceres ſenatus
Audet hic ſolus rigidę magiſtri
Et cruci ⁊ morti poſito timore
Mortis adeſſe:
Sauciam frontem: terebrata membra
Pendulum corpus: vapidum cruorem
Fellis ⁊ potum lachrymis abortis

Odarũ ſpiritualiũ
Aſpicit ille
Virgini matri datur ille cuſtos
Et loco nati viduę parenti
Traditur diueſcꝫ fit imperati
Dominis heres
Perpeti mortem videt inde vitam
Ecꝫ perfoſſi lateris receſſu
Egredi lympham venię datricem
Atcꝫ cruorem
Verus ad noſtras ſpeculator aures
Fert necem viſam: celebriſcꝫ famę
Exitum: ⁊ comptum poſitu ſepulchrum
Corporis vncti
Mortis exacto triduo verendi
Corporis miram videt ille lucem:
Quinet in cęlum redeuntis ora
Cernere gaudet
Robur emiſſo capit inde flatu
Atcꝫ facundę noua dona linguę
Qua dei verbum queat vniuerſo
Pandere mundo
Juſſa contemnens ſolymi ſenatus
Nomen ardenti ſerit ore ieſu
Ceditur: nec ſic tamen aſſerendi
Vota remittit:
Doctor hinc plebis cilicum fit almus,
Et trucis prudens ephesi magiſter
Quondam vbi miro nituit dianę
Schemate phanum

Hic ſacros ritus docet: execrandos
Dedocet ſpectris mouet acre bellum:
Et pium vitę ſpecimen proteruis
Exerit vſqꝫ
Bulliens perfert oleum: nec vllum
Sentit ardorem caro virginalis
Sic carens pęnis vt erat pudendo
Libera tactu:
Hinc tamen verbi nihilo fluenta
Parcius fundit: ſed adauctiore
Vim tuba pandit fidei ꝛ nefandi
Probra ſatanę
Tum relegato propere pateſcunt
Res inauditę: quibus ille cunctos
Et nouę legis veteriſqꝫ vates
Vincit abunde
Liber ęgęi maris a recinctu
Sub cato nerua: prece ſingulari
Priſtinę confert rata druſianę
Munia vitę
Mox agens amplum ſine fraude ſcribam
Numen ęternę ſobolis recludit
Sicqꝫ inacceſſa calamum efficacem
Tingit abyſſo
Hęreſis cęcas maleſuada vires
Perdit: ꝛ caſtę mera veritatis
Lux tenet regnum: fugiuntqꝫ cuncti
Hinc procul hoſtes
Fruſta gemmarum decus ad vetuſtum

Qui redintegrat ſubita: ⁊ puſillos
Littoris curui lapides probatum
Vertit in aurum
Ebriū diro calicem veneno
Haurit illeſus: ruit vt prophana
Templa: quin virus per idem necates
Viuere preſtat
His comes chriſti meritis ⁊ actis
Floruit donec ſenio reclini
Fractus auguſto poſuit pudica
Membra ſepulchro
Laus patri eterno ſimiliq; nato
Cum pari flatu reſonet profuſa:
Penniger cuius decoratur hiſce
Dotibus heros

## In abſolutiſſimam cōuerſionem diui Pauli apoſtoli laborioſiſſimi p̄conis vocaliſſimi doctoris gentiū eruditiſſimi Ode ſapphica.

p Aulus e celis hodie meracos
Lucis interne radios capeſſit:
Et fidem cuius fuit hoſtis ante
Diſcit amare
Gaudeat totis animi medullis
Quiſquis eſt chriſti lauacro renatus
Namq; preceptor datur vniuerſo
Maximus orbi
Ibat intenſi ſtimulo furoris
Actus ⁊ freno furijs remiſſo
In necem ſcriptis properabat auctus

Chriſtigenarum
Trux pari voto ſequitur ſatelles
Preuij greſſum domini nefaſtum
Donec ad ditis bona perueniret
Arua damaſci
Miſſa tum celſo ferit axe ſaulum
Claritas lucis: ruit ille ⁊ audit:
Quid fero niſu mea ſaule ſaule
Viſcera torques
Integrum non eſt feritate quamis
Calcar aduerſus tibi calcitrare
Iam vel afflictus tua ſubde noſtro
Colla capiſtro
Ille diuino tremefactus ore
Spondet actutum domini ſubire
Velle ſe faſces: humiliſqꝫ ſancta
Munia ſectę
Perditis vrbem radijs iubetur
Ingredi ⁊ preſſa bibere aure quę ſit
Legis ⁊ plebis via chriſtianę
Speſqꝫ ſalutis
Luce tris noctes caruit genarum
Dum ſacro merſus lauacro cyboqꝫ
Fotus auguſti cataphratta ſumpſit
Munera cordis
Tum velut torrens locuplete vena
Hauſta de cęli puteo fluenta
Auribus cęci populi ſtupendo
More profundit

Terret audaces docet imperitos
Garrulos legis ſuperat magiſtros
Dum patris chriſtum ſobolem ſupremi
Edocet eſſe
Hec dei eſt mutatio mira dextre
Prerogatiua hec noua dulcis ampla
Vaſis electi: hec rata gratioſę
Munera lucis
Hoc notent ſydus ſcelerata iugi
Corda ſuſpectu: quia lucis almę
Copiam fundit: penituſq lustrat
Pectoris ędes
Mulcet affectus: odium inquinatę
Ingerit vitę. generoſa amare
Dona virtutum facit: et perennem
Querere lucem
Munerum auctori pia ſempiterno
Laus ſit: et viuax honor ac poteſtas
Cuius intantum viget in verendo
Gracia paulo

Pro coronide ſpiritualium odar(quęquidem a chriſto ieſu inceperūt miſericordiſſimo redemptore noſtro. vt in ipſum et defināt: qui eſt pricipiū et finis oīm) De efficaciſſima ſyncerriſſima [illegible] ce chriſti Ode dicolos Alemania Euripidea Trochaica Hexatrophos

c Rux aue pręſignis arbor:
Magna ſpes credentium:
Maximi ſedes magiſtri:

Et tribunal iudicis
Unde pacis ⁊ ſalutis
Promitur ſententia
Tranſfugis confers aſylum:
Et phalelum naufragis:
Mortuis vitam perennem:
Gaudiumq; triſtibus:
Et profunda nocte preſſis
Luminis veri iubar
Hoc tholo theſaurus ille
Quo nihil prę ſtantius
Totus includebat orbis
En palam ſuffigitur:
Ut virile robur indat
Agmini certantium:
Hoc foro merces honuſtas
Rex ſupernus explicat
Purpuram fuſi cruoris
Vinumq; nymphę nobilis
Et beate carnis eſcam
Arouamq; victimam:
Hęc valentis arma vitę
N[illegible] ſecreta cingunt:
Po[illegible]cium temporale
Tela frangunt dęmonis
Cōferunt pacem ratam
Dant beata gaudia

Finis odaꝝ ſpiritualiũ

Ra
F.
3